



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo  
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm L.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

deductis: & hæc pro nunc sufficiant; & si qua alia dicto Alexandro obflare uidebuntur, me illis responsum offero. Laus Deo.

## S V M M A E.

- 1 Narrata in instrumento fidem inter ipsos contrahentes faciunt.
- 2 Verba in dubio prolata debent intelligi secundum subiectam materiam etiam contra illorum propriam significationem.
- 3 Verba Genitiui casus quando dominium, & quando possessionem importent, & nu. 8.
- 4 In possessorio retinenda probatio principaliter de mera possessione, & non de dominio fieri debet.
- 5 Et quomodo in eo etiam de dominio agatur, & per probationem factam super possessione dicatur etiam dominium probari.
- 6 Dominium quando ex probatione solius possessionis inferatur.
- 7 Et quando probetur ex eo solum, quod quis probauerit se filium, & heredem defuncti possessoris.
- 9 Per constitutum de possidendo uere, & proprie transferitur possessio, & quando.
- 10 Et quando fundans se in constituto probare debeat constituentem tempore constituti possidisse, & quando secus.
- 11 Verbum sum, es, est, rei substantiari, & proprietatem denotare, & quando etiam solam possessionem possit importare.

## E P I T O M E.

Verba Genitiui casus iuncta uerbo sum es est posita in capitulis transactionis factæ super lite, quæ super possessorio retinenda uertebatur, etiam ad solam possessionem referri, illamque solam posse importare, hic probatur.

## CONSILIVM L.



**R**TA fuit controuersia super quibusdam uerbis quarti capituli transactionis inite inter illos de Blanchis, & Nobiles de Volta. An uerba illa, *che tutti li beni, che s'è prouato nelli atti fatti inanzi à Monsignor d' Aragonia Auditore appresso li atti di Ser Lodouico Milanesse, essere di Madonna Diamante, siano dati, & consignati per li arbitri à Guasparri*, intelligatur de probatione dominii duntaxat do. Diamantis, an uero etiam de probatione possessionis tantam, & licet Aduocati illorum de Volta nitantur demonstrare, illa fore intelligenda in solo dominio, ut in eorum allegationibus habetur, tamen contrarium uerius esse ex pluribus dici potest. Præsupponedo prius, quod probationes hinc inde, de quibus in actis dicti Ser Ludouici, dicuntur factæ in iudicio facto super merito, & simplici possessorio retinenda uti possidetis, cum, ut ex uerbis rescripti Papæ constat, consonent solum in mero possessorio. Secundo præsupponitur, quod post longam inter partes causæ discussionem Reuerendi Patres Rotæ Auditores pro concordia amborum partium capitula, super quibus transactum fuit, ediderunt, & composuerunt, ueluti innuunt narrata in instrumento transactionis, quæ inter ipsos contrahentes fidem faciunt ad not. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & per scriben. in cap. quoniam contra. circa fin. extra de probatio. Supponedum est etiã, quod eo tempore, quo prædicta capitula fuerunt edita, iam ipsi R. Patribus Rotæ Auditoribus ambarum partium testimonia erant nota, & manifesta, cum res esset in calculo ferenda sententiæ, & de hoc dicti R. Patres fidem facere possunt. Ultimo generaliter uerum est, uerba in dubio prolata debere intelligi secundum subiectam materiam etiam contra illorum propriam significationem. l. infulam. ff. de præscript. uer. l. si stipulatus. ff. de usuris. l. si unam. cum glof. & in l. lege. in fin. glof. magnæ. ff. locati. Alexand. & alii in rub. ff. de noui oper. nunciat. ¶ Stantibus his, quod prædicta uerba intelligantur etiam de probatione bonorum

respectu solius possessionis, quæ habuit dominus amâtes. Primo ostenditur, na licet uerba illa, *Madonna Diamante* in latinum conuersa sint genitiui casus, de cuius natura est dominium importare. l. ff. de religio. & sumpt. fun. c. aliis, tamẽ uerba genitiui et possessione solã, & quandoque simpliciter, & detentatione importare solent, ut in l. 2. in prima. glof. ff. ui bono. rapt. & in l. 1. §. potestatis. ff. de cultio. glo. in l. 2. in prin. ff. de orig. iur. Barto. in l. 2. in prin. §. argento. ff. de auro, & argen. legat. glo. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. & in l. 1. §. aut precum sequent. ff. de nauta, caupo. stabul. & ideo ad hanc hanc iurium repugnantiã docto. committer, & præcipue Alex. post alios, quos allegat in d. br. in 7. col. dicunt, uerba genitiui casus esse à materia subiecta restringenda, & declaranda, ut si probetur in casu, quo principaliter, & directè de dominio agatur, solum dominium dicatur importare, & inferantur in casu, in quo solum, & principaliter de possessione agatur, solum denotent possessionem. In casu occurrenti uerba genitiui casus, de quibus in dicto quarto capitulo, referuntur ad probationem factam in iudicio possessorio retinenda, in quo merito solum principaliter fieri debet de mera possessione, & non de dominio, in l. naturaliter. §. nihil est ibi scriben. ff. de acquiren. possessio. Bart. in l. ff. uti posside. §. retinenda. Insuper, de interd. dicitur, & alii in c. licet causam. extra de probatio. ergo intelligenda de bonis, quæ probata essent iudicialiter Diamantis etiam quoad solam possessionem. Suadentur prædicta uera esse ex eo, quod uerba dicti capituli fuerunt edita à Reuerend. Dominis Auditoribus Rotæ, quibus attestaciones, & alie probationes hinc in dicto iudicio possessorio factæ in actis Ser Ludouici notæ, & manifesta fuerunt, ergo uerba illa, *li beni, che s'è prouato essere di Madonna Diamante*, ut supra, debent intelligi de illa probatione, quæ probatur facta apud illa acta, & secundum quod prædictum probationem de dictis bonis esse factam. Secundo. At in dicto iudicio alie probationes factæ non fuerunt, nec fieri debuerunt, nisi quoad ueram possessionem, ex quo iudicium erat merum possessorium, ergo de probatione illa debent intelligi, quæ facta sunt, & fieri debuit in dicto iudicio possessorio, & consequenter de probatione possessionis, alioquin capulum illud fuisset frustratorie positum, & Gasparri, seu nihil profuisset, si de probatione solius dominii intelligi deberent. Secundo principaliter toto absque ueritatis præiudicio, quod illa uerba genitiui casus deberent de probatione dominii Diamantis intelligi, in iudicio meri possessorii retinenda, quo principaliter de possessione, & incidenter de dominio agitur, ad tradita per Barto. in d. l. ff. de prob. per Abb. & alios in d. cap. licet causam. per probationem factam super possessione dicitur etiam inferatur probari dominium, & consequenter in casu currenti dicitur probatum dominium Diamantis eo modo, quo in possessorio retinenda probari potest, & de hoc dominio casu, quo uerba genitiui dominium importarent, debent intelligi in dicto capitulo; nam licet ad probandum solam possessionem, tamen quando sumus in iudicio, in quo dominio incidenter agitur, tunc ex probatione solius possessionis dominium inferatur, ut habetur per Innocentium. extra de præsump. & per dominos de Rotæ. c. 330. nonis. iunctis iis, quæ uoluit gl. in l. si queratur. ff. si serui. uedi. Bar. in l. quidam in l. l. cum res. ff. de probatio. & in l. rem aliena. ff. de probatio.

adno. Præterea ¶ in iudicio, in quo incidenter de do-  
 minio queritur ad hoc ut illud censeatur probatum,  
 sufficit pbare se filiū, & heredē de functi possessoris,  
 ut clare voluit Bald. in l. 1. ff. ad exhiben. & in l. pprie-  
 ratis, & in l. siue possideris. C. de probatio. & expressē  
 in terminis nostris ita declarat Alex. i dicta rub. ff. de  
 noui operis nun. in 7. col. Rursus ¶ quauis proprietatis  
 appellacione solū comprehendatur res, quæ est ali-  
 cuius rōne dominiū, ut per Abbate in c. 1. de cā poss.  
 & proprietaria. tamen quādo fit mentio de bonis alicuius  
 per uerba genitiui casus, et continetur res, quæ est  
 sua rōne possessionis tantū, ut probat tex. in l. 2. in prī.  
 iuncto. ¶ in hac actione il 2. ff. ni bonorum rap. & ha-  
 betur per glosam in d. l. 1. §. ait prætor. cum sequen. ff.  
 nau. caupo. stabul. & præsertim quando huiusmodi  
 uerba profertur in actu, seu in iudicio, in quo prin-  
 cipaliter de possessione tractatur, put in casu nostro  
 contingit. Accedat, q̄ pro parte domine Diamantis  
 producta fuerunt instrumenta acquisitionis, in quibus  
 est appositum constitutum de possidendo, ¶ per  
 quod uere, & propriē dominium, ac possessio dicitur  
 transferri, quia hæc facta traditio operatur idē, quod  
 uera ad tradita per scribentes in l. quod meo. & in l. in  
 terdum. ff. de acquir. posses. Bal. in l. proprietatis. & in  
 l. com. res. C. de probatio. & in l. ab emptione. ubi Bar-  
 to. & alii ff. de pactis. Et quamuis Bal. in l. fin. C. de  
 edictio diui adri. tollend. in 8. colum. dicat possessio-  
 nem hanc ex constituto transferri, tamen dicit do-  
 ctiores communiter contrarium tenere etiam ad præ-  
 iudicium tertii, quando ultra constitutum ille, cuius  
 nomine constitutum factum fuit, fructus tunc per-  
 cepit, nullo alio contradicente ut colligitur ex iis,  
 quæ uoluit Bal. & Ang. in l. cū nemo. C. de acquiren-  
 possess. Et hoc modo declaratur id, quod uoluit Ang.  
 in l. quedam. ff. de rei uendic. Nec aduersatur, quod  
 fundans se in constituto debeat probare constituen-  
 tem tempore constituti possēdisse, ut per Alex. & alios  
 in l. quamuis. §. si cōductor. ff. de acq. posses. quia hoc  
 potest procedere, quando quis solum fundaret se in  
 constituto, & esset in actu propinquo, secus si ul-  
 tra constitutum concurrerent actualis possessio, & p-  
 ceptio traditum, & maximē factum antiquum per p-  
 dicta: alioquin frustratoria essent instrumenta anti-  
 qua, in quibus constitutum appositum reperiretur.  
 ¶ Accrescat illud, q̄ uerba capituli dicūt, *che tut-  
 tum est rei substantiam, & proprietatem denotat,*  
 ut in l. qui quartam per las. in prin. ff. de leg. 1. & Dec.  
 in l. in eo. ff. de reg. iur. cum sim. Quia hoc motium  
 est illud, cum in terminis uerba genitiui iuncta uer-  
 bo sum es est possunt etiam solā possessionē importa-  
 re, immo detractionē, per gl. in l. 2. in princ. in uer. nō  
 quia. ff. de orig. iur. & multa iura possent allegari, qui-  
 bus probatur uerbum sum es est importare et largā,  
 & impropriam significatiōem. l. quātū. ff. de uerb. sig-  
 & l. creditor. cum gl. eod. tit. Nec ex opposito aduer-  
 satur, q̄ ex probatione solius possessionis D. Diaman-  
 tis non potest dominium in Gasparē trāferri, quia, ut  
 dictum est, nedum possessio, sed et dominium d. Dia-  
 manis probata fuerunt. Secūdo licet aliās ex sola pos-  
 sessione non soleat dominium acquiri, tamē quādo  
 pro concordia conuentum esset inter partes, q̄ bona  
 possessa ab uno assignentur alteri quoad plenum do-  
 minium in recompensationē eorum, quæ alteri parti  
 assignata fuerunt ad effectū, ut à lite recedatur, tunc  
 sola possessio sufficit: & hoc est propriū transactionis  
 ut aliquid detur, uel promittatur. l. si super. & l. trāsa-  
 ctio. C. de transac. Nec est uerum, q̄ si uerba illa geni-  
 tui casus intelligerēt de sola possessione, tolli non  
 diceretur lites, & discordiæ inter partes, cum adhuc

super dominio rerum litigari posset, ut l. naturaliter.  
 §. nihil commune. ff. de acq. posses. & c. pastoralis. de  
 causa possessio. & proprietate, quod quidem esset cō-  
 tra mentem ipsarum partium transigentium, & do-  
 minorum Auditorum Roræ, ut patet ex instrumēto  
 transactionis, & capitulorum, quoniam totum con-  
 trarium est dicendum, & sic quod dictum est, retor-  
 queri pōt, quod intelligendo illa uerba genitiui im-  
 portare non solū dominium, sed et possessionē tantū,  
 omnis suspitio litis inter ipsas partes sublata uidetur,  
 quantum est respectu bonorum D. Diamantis, nam  
 intelligendo, q̄ bona quæ probata fuerunt fuisse Do.  
 Diamantis tam quoad dominium, quā et etiā quoad  
 simplicem possessionē, assignanda forent ipsi Gaspa-  
 ri unā cum quibusdam aliis bonis quoad plenum, do-  
 minium, & cum alteri parti fuerint assignata reli-  
 qua bona, quæ erant longē maioris pretii, tolli uide-  
 tur oīs occasio litū de cætero inter ipsas partes tam  
 respectu dñi, q̄ respectu possessōis dictorū bonorū.  
 Et hæc fuit intentio tam contrahentiū, q̄ iudicare de  
 bentium, ut intelligi deberet de bonis, quæ fuissent p-  
 bata fuisset D. Diamantis, eo modo, quo in eo iudicio  
 agebatur, & in illo probari poterat, & consequenter  
 etiam quoad possessionem tantum, cum solū de me-  
 ro possessorio ageretur. Nec est absonum, q̄ inter par-  
 tes diu litigātes fiat transactio, & concordia hoc acto  
 ut aliquid, quod erat unius, assignetur alteri, & è con-  
 tra, ut litibus finis imponatur, ut in d. l. transactio, cū  
 similibus. Et ex his uidetur sublata omnia, quæ ex op-  
 posito ab aduocatis dictorum nobilium de Volta cō-  
 siderabantur. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Petitorij, & possessorij retinende cumulatio non admittitur.
- 2 Possessorium retinenda, & possessorium recuperanda non possunt eodem respectu inter easdem personas simul cumulari, & inten-  
 tuari.
- 3 Actum primo contrarium faciens uidetur tacite primo renūciare.
- 4 Sententia, non obstante appellacione, executioni mandatur, quā-  
 do etiam tacite à iudicio prius intentato appellans discedat, &  
 super alio remedijs non audatur, nisi parito iudicato, & expen-  
 sis primi iudicij solutis.
- 5 Appellacionis super incidenti interposita, & nullitatis cā una cum  
 toto negotio principali commissa, prius super incidenti, eiusque  
 appellacione, quam super negotio principali est procedendum.  
 Et si secus fiat, recte, & legitime à processu factō appellatur.
- 6 Appellari iuste potest ab omissione ordinis causa ad causam.
- 8 Petitio per uiam attentati in secunda instantia coram iudice ad  
 quem fieri potest.
- 8 Attentatorum causa pendente est in negotio principali super seden-  
 dum & instantia causa principalis interim non currit.
- 9 A sequestro factō iuste appellatis, qui fuit possessor declaratus.  
 Possessor debet in sua possessione manuteneri, & defendi.
- 10 Appellatio iniqua iusta, & legitima censetur approbata per renū-  
 ciationem factā ab aduersario de illo, super quo fuit appellatū.
- 11 Fructus sequestrati de iure ad quem spectent, & cui debeant re-  
 laxari.
- 12 Glo. in l. fin. C. quib. ad liber. proclām. non lic. declaratur.
- 13 Appellacione etiam super incidenti, illiusque cognitione neglecta,  
 quidquid ea pendente in preiudicium illius factum fuit, debet  
 per modum nullitatis, uel attentati renouari, & num. 26.
- 14 De sententię nullitate prius, quā de iniquitate, uel saltem simul  
 cognosci debet.
- 15 Nullitatis causa an, & quando simul cum iniquitate sententię sit  
 terminata per sententiam, qua iudex pronuncianit bene iudica-  
 tum, & male appellatū, uel è contra, & nu. 19. 22. 23. et 25.
- 16 Illatio debet intelligi in terminis precedentibus, ex quibus infer-  
 tur, alioquin bona non esset.
- 17 Verba & propterea quomodo stent, & intelligantur.
- 18 Protestatio demonstrat animum protestantis, & actum dubium  
 declaratur.

